

Hæc carmina scripta sunt, à Doctissimo ac prudentissimo
viro Dñ. SCHETO Barone in Wesemale; quasi in mo-
dum prophetiæ anno ante rumores Belgicos.

IN LVDOVICI GVICCIARDINI
BELGICÆ DESCRIPTIONEM
GASPARIS SCHETI.

G OGNITA vix ullis Romane gloria gentis
Jam foret, et tenebris obruta penè suis:
Scriptorum nisi turba sacris facta inclyta libris
Mandasset, nullo contemeranda die.
Tantum est, tam fecunda viris ea saecula magnis
Facundos vates tunc habuisse suos:
Scilicet ut multum vel debet Roma Maroni,
Vel sua viuaci Gracia Maonida;
Sic bene iam merito debes Antuerpia alumno
Sic GVICCIARDINO Belgica tota suo.
Belgica quo totum magno splendore per orbem
Cœpit conspicuum ad sidera ferre caput.
Hactenus ad summum, sic tendere visa laboret
Ipse sibi ut nimia prosperitate grauis:
Supplicibus pariter cui GVICCIARDINE precemur
Votis in patriam, et qua pietate decet;
Ut qualis depicta modo populisque videnda
Prebetur scriptis nobilitata tuis,
Talis longa queat durare in saecula, nec se
Crescendo dum vult vincere forte cadat:
Prosperitas, luxus, quæque inde licentia magnis
Exitij Regnis causa fuere sui.
Dij melius. Videant hac te sine labe nepotes:
Magna es, et ut maneas Belgica magna precor.

ALEXAN-